

18

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
MEDICI OFFICIO
CIRCA
ANIMAM
IN CAUSA SANITATIS,

Ob die Medicin in Curen mit der Seele etwas zu schaffen habe?

Quam
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſa Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULT. MEDICÆ SENIORE

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,
PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS
ANNO MDCCXLV. D. NOV.
Publicæ ac placidæ Eruditorum ventilationi ſubjicere

RESPONDENS
JOHANNES FRANCISCUS WELTZ,
SCHWEIDNIZIO-SILESIUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

INSTITUTIONE MEDICA
MEDICI OFFICIO

ANIMAM
IN CAUSA SANITATIS

Es de p[ro]p[ri]o in l[ib]ro m[er]ito de p[ro]p[ri]o in l[ib]ro p[ro]p[ri]o

AVANCE PRO PROPTIO
IN CAUSA SANITATIS

DR. MEDICINAE ALBERTI

CONSILII ET CONSENSU ET CONSENSU MAGISTER
CONSENSU ET CONSENSU

DOMINO P[ro]p[ri]o in l[ib]ro m[er]ito de p[ro]p[ri]o in l[ib]ro p[ro]p[ri]o

AVANCE PRO PROPTIO
IN CAUSA SANITATIS

AVANCE PRO PROPTIO
IN CAUSA SANITATIS

JOHANNES FRANCISCUS WELTZ

AVANCE PRO PROPTIO
IN CAUSA SANITATIS





PROOEMIUM.



Quantum valeant opiniones, quibus mundus regitur, in Medico foro experiri etiam licet, dum non modo variæ curiositates, sed & multiplices speculationes, fictiones, allegoriæ, ingeniosæ novitates, & ineptæ experimentorum compilationes ac confusæ applicationes eidem introducuntur & obruduntur: quare LENTILIUS in *Ereodr. med. pract. p. 203.* exclamat: *obrestor Juvenes, ut non tam facile credant hyporbesibus noviter effectis & per physicos automatarios suaviter magno ingenio excogitatis, quibus se praxin suam inadificare sustinent, ne magnum errant errorem: Quicumque itaque suo ingenio indulgentes, de Medicina, sicut cæcus de coloribus, judicant, suisque opinionibus fidem tribuentes, alias veritates Medicas, in causis & factis fundatas, alio supercilio advertunt, non nisi erroneum, falsum & futile judicium de iisdem ferre possunt: sub tali temeritate,*

te, quando ultra crepidam sapere sibi videntur, non possunt non, quin lepida figmenta & experimenta œconomix vitæ & sanitatis frivole immisceant: ob id veræ & sinceræ considerationes rationi & experientix exquisitè respondentes, si non novitatem & curiositatem olent, atro notantur calculo: & quæ non ingenuæ veritates veterum philosophorum & medicorum scriptis insculptæ sunt, quæ observationibus certis & indubitatis nituntur, quæ pariter simplicem naturæ ordinem concernunt, quæ vero, quia jactatione, magniloquentia & curiositate carent, parum æstimantur: inde etiam interdum contingit, ut veterum scripta & asserta, velut æruginè & carie infecta & erosa sæpe non attendantur, de quo fato BARTHOLINUS *Cens. 3. Ep. 50. p. 209.* testatur: *Plura in antiquorum scriptis latent, quæ negliguntur, quia a patris veteres leguntur, quod dolendum, quippe multi hoc seculo curiosi esse volunt, verum novarum cupidi, parum eruditi.* Ad talem considerationem spectat influxus animæ in corpus, quem quidem aliqui ob torto collo agnoscere tenentur, quando manifestis exemplis convicti, alias captiosas & fictas causas proferre nesciunt, attamen contradictionis & exceptionis loco urgent, quod modus fiendi adhuc absconditus sit, ob quam ignorantiam facile & libenter influxum prædictum frivole negarent, si non contra sensus & creberrimam experientiam temere loqui vellent; adeo exosa interdum redditur animæ humanæ æstimatio, ut si possibile esset, non entibus, aut imaginariis entibus metaphysicis adscriberetur

retur, quando vel ulla probabilitate asserere, vel ingeniosa speculatione tradere possent, quod ratio & sensatio a nuda dispositione & fabrica corporis dependeant; sicut per eundem lusum phantasiæ & lepidam assimilationem & applicationem legum & qualitatum mechanicarum, quam judiciosi BAGLIVUS & BORELLUS reprehendunt, juxta *A. N. C. Dec. 1. An. 10. obs. 1. homo Cartesius fingitur: id quod etiam admodum improbat BARTHOLINUS in Diarr. de pulmonibus Sect. V. p. 86. quare nec CARTESIO diff. de methodo 2b. 6. §. 2. p. 32. nec MAUBECCIO in rr. de principiis physicis rationis & passionis hominum assensum largiri possumus, quod animus a temperamento & organorum corporis dispositione imprimis efficienter pendeat.* Quotidiana enim, eaque manifesta experientia comprobatur, quantam potestatem anima rationalis in corpus humanum habeat: id ipsum rigurosi contradictores proprio suo confirmare possunt exemplo; quibus si fides & assensus denegatur, aut irascuntur, aut in aniles sarcasmos evagantur, aut reliquis animi & corporis viribus affliguntur & renituntur. Quis autem inter judiciosos philosophos tantum præjudicii mancipium fuerit, ut in odium animæ asserat, quod ea corpus humanum tantum turbare, offendere & violare queat, quibus propriam suam turpitudinem confitentibus fides omnino deneganda est, dum ob præconceptam opinionem solum animæ vitia atque errores accusant, bonas autem facultates, ne quidem in memoriam revocant, ideoque in proprias suas vires sæviunt: permovet hoc

A 3 falsum

falsum iudicium, quod de anima fertur D. D. PRÆ-
 SIDEM quod *effectus medicos affectuum animi* diserte
 demonstraverit. Quantum autem damnum hoc
 præiudicium rationali Medicinæ afferat, variis ratio-
 nibus demonstrari potest. Id solum præliminari
 hac meditatione inculcamus, quod perperam iudi-
 cetur, Medicum saltim corporis curam gerere, nec
 cum anima commercium habere; Theologum ani-
 mam, Medicum corpus curare, nam animam esse
 simplex ens, spiritum, principium immateriale & ratio-
 nale, quod materialibus mediis affici & curari
 nequeat; quam ob rem Theologum animæ mede-
 lam, quoad relationes & occupationes cœlestes &
 æternas, Philosophum autem moralistam animi me-
 dicinam, quoad manuactionem ad virtutes & de-
 hortationes a vitiis, Logicum rationem veri & falsi
 observare & administrare, medicum autem infimas
 partes tenere & circa materiales fetidas, crudas sor-
 des & impuritates corporis occupatum esse: tam
 adjecte, contumeliose, crude & inhoneste ipsi non-
 nunquam medici sentiunt, seque aliorum risui, con-
 temtionis & opprobrio exponunt, dum e cœno glo-
 riam acquirere contendunt, & verbosis speculatio-
 nibus fumum vendere non erubescunt: inde mi-
 rum non est, si scioli & fastuosi quidam, omnisci-
 entiam humanam affectantes, cum Plinio de arte
 Medica inique, malevole & abjecte sentiunt, eamque
 rationali fundamento destitutam esse, audacter & im-
 pudenter iudicant. Interea satis superque comper-
 tum & comprobatum est, quoties medici cum animi
 syner-

synergia & moderatione suarum operationum exoptatos nanciscantur successus, ideo placidos animi mores gratosque affectus excitare, adversas autem & immoderatas ejus commotiones avertere, lenire & sedare student: ea propter ALOYSIUS LUISINUS peculiari *rr. de animi affectibus per moralem Philosophiam & medendi artem compescendis* egit: huc referimus VALLESII testimonium *de Sacr. Philos. c. 75.* inquit: *haud dubie ea philosophia, qua affectus temperat, medicina pars est, non minus, quam qua modum ponit, cibo & potui. Neque abs re Galenus aut extra chorum saltans, scripsit de cognoscendis & curandis animi morbis, neque Plutarchus de Sanitate tuenda: neque igitur sine causa in Sacris, ac praecipue in moralibus (sicut lib. Ecclesiastes est,) iam multa scripta sunt medicinalia.* Nec ignotum esse potest, quod communiter in scholis suis Medici de animi pathematibus tractent, quia quotidianum influxum animi in corpus indiscretim annotaverant; ubi declamata simplicitas essentiae animae nihil impedit, quo minus haec nec cogitans, nec arbitrarie agens, ipso tamen effectu in omnes partes (non exclusis variis minutissimis) & quaslibet functiones operetur: ubi sane comica & ridicula phantasia esset, si tales mutationes animae denegare, & nudis materialibus causis affingere & adscribere velimus: hinc recte PLATO in *Cratillo* dicit, quod *munus medici sit, corporis animique puritatem servare.* Sic etiam GALENUS *Lib. 1. de Savit. tuend.* varia consilia medica supeditavit, quibus Medicus sua arte cum anima commercium in sanitatis & vitae usum inire queat; quam
disqui-

disquisitionem DN. D. P R Æ S E S. *Programmate peculiari tractatui de Medicamentorum modo operandi in corpore vivo præfationis loco præmisso de commercio animæ incorporeæ cum medicamentis corporeis* quadantenus ventilavit; mutila enim atque infirma objectio, quia anima ens simplex atque immateriale est, ergo cum officio Medici materialibus mediis & instrumentis nullam communicationem habet, nulla attentione digna est, siquidem anima in hoc spectabili mundo domicilio corporis sui vinculata & cum corporeis objectis occupata, innumeris actionibus, passionibus & exemplis comprobatur, quantum inter illam, ut & proprium suum corpus, nec non objecta materialia intercedat commercium. Quæ contemplatio nos permovet, ut existimationi animæ consulentes & honores atque potestatem ejus defendentes, præfenti themate & Specimine Inaugurali **MEDICI OFFICIUM CIRCA ANIMAM IN CAUSA SANITATIS** indicemus & confirmemus: ad quod propositum prius cœleste auxilium atque moderamen devotissimis precibus exoramus.

§. I.

Animam humanam *in & cum corpore sensitivam, passionibus etiam obnoxiam, hasque percipientem, tolerantem & variis modis atque moribus prosequentem esse, multis speciminibus probari potest: tam exquisita igitur & exacta proportione instructa corporis est structura, ut ministrante hac anima rationalis varios motuum gradus perficere,*

cere, variosque *fines* prosequi & impetrare queat: si tantum elegantissimam & sapientissimam *fabricam Cerebri* intuemur & mirabilem ejus divisionem, configurationem & connexionem introspicimus, quidni cognoscere facile possumus, *varias* in eodem *animam* operationes administrare, qua parte *bene* constituta, *functiones* etiam *mentales* & animales *bene* succedunt: pro discrimine autem vel *morbosæ* internæ alterationis, vel *violentiæ externæ* læsionis, nunc plenariæ *confusiones* & perverfiones rationis, nunc *stupor* & *furias*, modo *memoriæ* abolitio, modo *phantasiæ* corruptio, mox *judicii* perturbatio, alibi *deliberationis* impotentia, ut & *desiderii*, *appetitus* & *voluntatis* depravatio, sequuntur; sicut non solum generica *animæ unio* & *communitio* cum *corpore* constat, sed *specialis* etiam consensio & cooperatio cum diversis *humoribus* & *organis* variis effectibus cognita redditur. Inde antiquus ille innotuit versus: *Cor sapit & pulmo loquitur, fel commovet iras, splen videre facit, cogit amare jecur.* Quo effecto *animi nexus* cum *variis partibus* per *parheticos* affectus significatur; quod etiam quoad illos *medicus* commercium habeat *practico* suo officio cum *anima*, testatur

REFES. *Camp. Elys. juc. qu. 2. n. 21.* differens: *licet Medicina circa corpus sanabile versetur, circa animum etiam multa conferre valeat, non minus quam Theologia, Jurisprudentia & moralis Philosophia; siquidem hominum mentes virtutibus exornat, melancholias sedat, furores pacat & placat, manias compescit, Phreneses reprimis, dementatos restituit & insanis sanam mentem reficit ac reponit. Quid enim furioso faciet Theologus, quid Phrenetico aut Maniaco jurisperitus, nisi Medici opera restituantur & ad debitam*

irabantur mentis perfectionem: Quid hoc est, nisi animæ rationalis depravatos motus & exorbitantias componere & reducere, ut ad limites honesti iudicii & rationis debite mensuram iterum redeant & in ipsa contineantur. Haud speculativa igitur aut scrupulosa & supervacanea est quæstio, an *Medicina* cum *anima rationali* in *Praxi* medianribus remediis *materialibus* negotiosum habeat commercium: ratio hujus quæstionis est: quia populari fere dubio asseritur, *medicum* curare *morbos corporis*, per *media naturalia & materialia*; *Theologum* curare *morbos animæ* per *media spiritualia*; *medicum* non posse afficere animam, quippe *spiritum* cum remediis *ustratis* & qui lepidio more philosophantur & theatri modo objectiones formare & fingere solent, exclamant, animam nec pulveribus, nec uncturis, nec elixiriis, nec pilulis &c. curari posse: quibus contradicentibus vero *Sal sapientiæ & helleborus* conducit, ut ad saniores mentem promoveantur, horumque cerebrum ab ejusmodi vetularum fungis, nugis & vaporibus purgetur anilibus: quis autem adeo inepte judicaverit, quod *corpus* ordinata *remedia* assumat, cum tamen, ante omnia valetudinariorum *assensus* & voluntaria applicatio huc requiratur ac in *ægro*rum *arbitrio* positum sit, medicamenta *ingere* & *respicere* sicut ipsi animarum persecutores & *osores* confitentur, si de *medicamentorum* viribus sciote judicant, quod *opinio*, *imaginatio* & *confidentia* eandem opem attulerit; quo ipso autem affirmant, *animum corpori* suo auxilium adæquatam ferre posse: & quis non præliminari intuitu manifeste mox agnoscat, *medicum* in officio suo practico bonam vel malam *opinionem*, fortem *imaginationem*, aut bonam

bonam *confidentiam* excitando, alliciendo & promovendo eximium commercium cum *animo* habere, quam considerationem variis thematibus DN. D. PRÆSES explicavit, videlicet de *Therapia morali*, de *Therapia imaginaria*, de *Phantasia usu, lusu & abusu in Medicina*, de *Medicina Symplogemata* &c. Simile quotidianum testimonium est, quando medici in deprædicandis *prosperis* curationibus ægrorum, *quietum*, patientem, *moderatum*, *lenem*, *movigerum*, tranquillum *animum* commendare & allegare, contra vero in *sinistris* rerum successibus *contrarios* ægrorum qualitates accusare sciunt: ubi oculis fere aspicere & manibus palpare possunt, quid *animus* in *morborum* provocatione, *exacerbatione*, mitigatione & curatione valeat: hinc periti & prudentes medici solliciti sunt, quo ægrotantium *animi* in convenienti *moderamine* conserventur, non solum ne *perversis* qualitatibus *salubrem* curationem *successum activo* suo influxu *impediant*, sed etiam, ut vi ejusdem *vinculi* & influxus *activi saluarem* illarum processum promoveant: nam qui *jus* sibi arroganti sentiendi & *judicandi animam* teconomiam sanitatis *turbare* posse, illi impune & temere nobis *idem jus* non eripere & denegare possunt, *affirmandi*, quod *eadem* animam etiam *sanitatem* & vitam naturalem, *adjuvare* & promovere valeat.

§. II.

Præsentis itaque thematis nervus comprehendit observationem & considerationem, an *Medicus mediis materialibus* s. *medicamentis* possit *motus animi* varios *mutare* & ita corrigere & emendare, ut *sanitas* inde aut *restituarur* aut *promoveatur*? hanc quæstionem categorica *affirmatione* decidimus, hac demonstratione, quod *ani-*

ma exquisitum *nexum* habeat cum *corpore*, non modo quoad *mores*, sed etiam quoad manifestas *voluntarias* actiones & quoad *parheticos* affectus; accedit nexus ille animæ per *Sensus internos* cum teconomia vitali, quem DN. D. PRÆSES peculiari diff. probavit: & quæ non potentia *imaginariæ* in corpore humano mirabilibus innotuit effectibus? quid valeat *hereditaria* dispositio, omnibus attentis medicis satis superque cognitum est! quod *mores* animi cum *morbis* consentiant, pariter speciali disp. explicavit DN. D. PRÆSES: Si itaque Medico pater accessus ad illas *intermedias* causas, quibus anima corpus afficit, inque illo varias mutationes perficit, tunc iterum median- tibus materialibus adminiculis in has causas operatur & mediantibus hisce medicus animam iterum afficit: hinc si *instrumenta*, quibus anima operatur, vario modo *lesæ* sunt, *medicus* autem tantum valet, quo hæc *violaciones* curet, *tantum* etiam efficit, ut *anima* iterum cum illis *organis* operari queat: v. g. motus *voluntarii* referuntur ad functiones *animales* & administrantur ab anima, sin autem in quadam parte *musculari*, aut *tendinosa* humorum stagnatio, stasis, inflammatio, atonia &c. adest, medicus vero *causas* hæc *morbificas* tollit, tantum ipse efficit, quo *anima* denuo *tali* parte ad *suos* respectus & destinationes uti queat; & hoc modo medicus *animæ ministerium* fert, e- jusque organa sanat & restituit: & sicut *anima* cum di- versis *organis* diversa *officia* administrat, ita cum *nonnul- lis* membris crassas & *evidentes* commotiones, ponderum gestationes & tractationes, saltationes, mirabiles gesticu- lationes & exercitationes, variosque duos labores per- ficit; cum *externis* vero organis *sensivis teneris* operatur, inde acutus visus, intensus auditus, subtilis olfactus, delica-

delicatus gustus, tenera sensibilitas annotantur; & ita cum *cerebro sano*, bene disposito, exacte proportionato, nec nimis humido & frigido, nec valde sicco & compresso, *sensitivas internas* operationes efficacius perficit: Si igitur medicus *rationalium* organorum *bonam* & vegetam constitutionem adjuvare & promovere potest & solet, *anima* utique *rationali* officium *practicum* præstat. Præterea non solum *externæ cerebri læsiones*, sed & *internæ morbosæ* causæ, cerebrum affligentes & nimias congestiones, inflammationes, stagnationes, stases, corruptiones, extravasationes, relaxationes, colliquationes, enervationes &c. comprehendentes, varias *mentis turbationes*, velut furor, stuporem, angorem, mærorem, soporem &c. causari solent; si itaque Medicus *causam morbosam* in *cerebro* tollere potest, *animæ* omnino subvenit, quo hæc organo suo denuo uti queat: Quam ob rem *Medicus* æque *minus* ac Theologus, JCrus & Philosophus cum *essentia* animæ commercium suum instituit, sed cum *viribus* & *operationibus* ejus, quas *in* & *cum* corpore exequitur. Etenim *anima* sive sit simplex, sive duplex ens, non essentia sua, sed *moribus* aut actionibus suis *in corpore sensitiva* & *negotiosa* est; Si itaque *medicus medicamentis corpus* tractat aut alterat, tunc *anima* aut *sensus*, aut *mozus* afficit; *medicamenta* enim *contingunt* corpus, *anima moribus* etiam afficit *corpus*, ergo dum *medicamina* afficiunt *corpus*, etiam *mozus* in illo & *per hos animam* afficiunt. *Mozus* enim sunt indubitatum *vinculum*, quo *anima* cum *corpore* unitur: ita etiam sentit ZACHIAS *Consil* 67. n. 4. *Mozus sunt ab ipsa anima, eorum principium est ipsa anima, ita ut ubi tales mozus apparent, præsentem animam sit asserendum*: hac enim vel *absente*, vel *latitante*,

vel torpescente, vel enervata, vel minus sensibili medica-
 menta oblata vel parum, vel nihil operantur, quod de
 emeticis, catharticis, cordialibus, vesicatoriis &c. valer,
 de quibus ultimis testimonium proferunt HELMONTIUS
ir. de Lirbias. c. 9. §. 102. 103. A. N. C. Dec. 1. an. 2. obs. 70.
schol. GARMANNUS de mirac. mort. Lib. 1. tit. 7. §. 42. Qua
 de causa ex effectibus memorabilibus cum HIPPOCRA-
 TE, GALENO, VALLERIOLA, ORIBASIO multi alii *Natu-*
ram sapientem vocant: quadrat huc effatum BARTHOLI-
 NI in *defens. vasor. lymph. contr. Riolanum c. 5. p. 275. Sa-*
pientis natura ita cuncta in corpore prudenter construxit, ut
egregia varietate & perfectissimo opere omnium generum
particulas voluerit generare: quis vero sciola & impudenti
temeritate doctissimum hunc virum, cujus adh. inter
doctos & ingenuos viros manes clari sunt ignorantiae in
physicis, mechanicis, anatomicis, chymicis &c. accusaverit!
quasi effectus naturales haud melius intellexerit: ad-
dimus ZACUTI LUSITANI iudicium in introitu ad Praxin
praecepto 62. Auxilia medica per se morborum causas non
eradicant, sed adminiculum naturae requirunt: illa enim
solum juvant naturam ejus imperum motumque vehementem
praestant, natura vero reliqua perficit ac complet. Quis
vero tam insulsum former conclusum, quia anima de hoc
nexu cum corpore non imaginariam habet cogitationem,
erga nexus talis nullus est. Author quidam in libro cui ti-
tulus in Danc. Altar 4te Andacht scribit: Wer macht so
einen albernem Schluß, daß Kind an den Brüsten empfindet
keine Vernunft, darum hats keine. Der Mensch in Dhn-
macht empfindet kein Leben, darum ist auch keines da; alias
Comment. in Ps. 22. scribit: Was halten unsre Giganten
 doch

doch geringer und schöner heutiges Tages, denn die Seele:
porro: Ach Herr Gott wie beissen sie, wie bellen sie, wie
wüten und toben sie wieder die Seele zc.

§. III.

Fundamentum igitur officii Medici cum animo niti-
tur speciali tali activo commercio anima cum variis corpo-
ris humani partibus; quod primo humores principales re-
spicit; quando cum Sanguine singularis consensus animæ
inclarescit, tunc hoc argumentum peculiari tractatione
DN. D. PRÆSES commendavit *disp. de Sanguinis & anima
nexu*: illud hoc loco brevibus indicare placet, quod vel
ratio *quantitatis*, vel relatio *qualitatis* in Sanguine multum
ad *mutationes animi* conferat: ad *quantitatis* respectum
quod atinet, tunc nimia sanguinis copia disponit ad *ani-
mi corporem*, pigritiam, somnolentiam & imbecillitatem,
dum *cerebrum super suo* sanguine *oneratum*, in *alacritate*
sua *mentis* applicationes & operationes *impedit*, obruit &
retardat: ob id plethorici homines communiter prædi-
ctis animi infirmitatibus præditi sunt: *abundantia* sangui-
nis disponit ad *fastidiosas* & inconstantes operationes ani-
mi, ut facile in negotio quodam *tedium* concipiant homi-
nes; præterea turbulenta & *anxia insomnia* causatur, nec
non ad *furiosa deliria* idiopathica & symptomata con-
tribuit, variasque mentis perturbationes accersit: Si
itaque peritus *medicus banc causam*, si morbifica est, tem-
pestive & congrue removet & *curat*, singulis *bisce animi*
imbecillitatibus atque morbis *officio suo* medelam affert.
Si sanguinis *deficiens* quantitas in subjectis adest, unde-
cunque hæc orta fuerit, tunc præter reliquas corporis
alterationes, quoad *animum* in- & externæ sensationes
valde

valde languescunt, aut *deliquio* manifesto expirant, vel clandestinæ ac tacitæ *rationis confusiones*, vel *sopores* omnino superveniunt; *huic defectui* si *medicus* opportunam & *convenientem* medelam adhibet, animi dotes atque vires iterum reficere & revocare adjuvat, iterumque *suo officio pratico animo* auxilium affert. Si *sanguis superfluus* aut *deficiens* in variis *corporis* partibus obstructions, indurationes, stagnationes, constrictiones &c. causatur, varia inde oriuntur *animi vitia*, quibus *corrigen- dis* & avertendis *medicus officium* suum largitur, si *illas causas* perite & condigne *curare* & avertere potest. Idem etiam sentiendum est, si varia vitia *qualitatis* Sanguini adhærentia, ad varios *animi morbos* contribuunt: & quem attentorum & peritorum medicorum laet, quod nimia sanguinis *crassities* in *cerebro, corde & abdominalibus* sanguiferis visceribus *progressu* & transitu suo varia *impedimenta* & offendicula causetur, quæ *animum* in *consensum* ducunt, hujusque multiplices *perturbationes* excitant: exempli loco sit *melancholia*, quæ a *rali* causa proveniens naturali ordine principaliter spiritualibus & *moralibus* adminiculis curari *non* potest, nisi *medica* congrua auxilia per totum curationis ordinem sedulo & constanter adhibeantur: aliud Specimen occurrit in *polypo Sinuum cerebri & cordis*, qui varias *deliriorum* species, ut & *angorem, mororem, pavorem, insomnia terribilia, animi deliquia* aliasque mentis perturbationes causatur, qualis causa *morbifica* communiter a *sanguine* & *lympha* viscida oritur: *hanc* si *medicus* efficaciter curare potest, *animi* etiam *connexas* confusiones iterum corrigit & ordinat. Ita etiam *nimia* sanguinis *fluiditas*, non tantum ad frequentem inque-

inquietam, *turbulentam* & *orgasticam* commotionem disponit, sed & *animi vires* & operationes interdum irritat & perturbat, ut *furores* & tumultuariæ mentis exercitationes inde oriantur, hinc *caput* quasi *flagrat*, arteriæ vehementer *pulsant*, venæ valde *intumescunt*, oculi *splendene* & micant, facies *ruffescit* & *mens furit*: si itaque *medicus* rite & perite talem *furorem sanguinis* compescere, mitigare & *sedare* potest, tunc etiam *animi impetus* pacare & *quietare* solet: proinde etiam variæ *perturbationes morus sanguinis*, sive ab *immoderatis moribus*, inclinationibus & pathematibus, sive a repentinis *frigoris* & *caloris* mutationibus, sive a *phlebris*, sive *aliis* causis provenierint, nonnunquam ad graves *mentis confusiones* contri-
bunt, si itaque *congruo* ordine *medicus* prædictam causam curare sciverit, *mentis* etiam *tranquillitatem* revocare & promovere poterit: Quodsi etiam *alio* modo *Sanguinis qualitas* alterata & *depravata* fuerit, vel cum *mi-
asmate maligno* epidemico, petechiali, purpurato alioque, vel cum *narcoticis* & aliis *venenosis* subjectis, tunc *varia* inde oriuntur *deliriorum* species, quæ haud aliter curantur, nisi *perniciosa* tales *materia* adminiculante *officio medico* e massa sanguinea & reliquo corpore separentur & evacuentur, unde facilius *mens* in *pristinam* integritatem & *sobrietatem* revertitur: & ita hoc modo *medici* vi *nexus anima* cum *sanguine* officium suum in usum *anima* æque atque *corpore* præstare possunt; quas observationes tanquam *specimino* allegare placuit, quomodo respectu *Sanguinis medicus* cum *animo* commercium *artificiosum* inire & administrare queat.

C

§. IV.

§. IV.

Sanguinem non modo ad variam *mentis* confusio-
nem & corruptionem contribuere, sed etiam causam &
irritamentum ad varia *moralia* vitia evadere, alia experi-
entia comprobat: quare homines sanguine *superfluo, vo-*
lutili, sulphureo & sic dicto spiritali præditi, non raro *vo-*
luptuosi, luxuriosi, *iracundi*, incasti existunt, unde plebeia
innotuit accusatio ein vollblütiger wollüstiger Mensch, der
in vollem Futter steht, der ein muthwilliges Blut hat, dem
man den Brod-Korb höher hengen muß: talis enim san-
guis, si non valde *viscosus* & consistens est, mole aut
quantitate, ut & *qualitate* sua *generosa* sulphurea partes
varias membranofas, *nervosas*, tendinosas, quibus cum
animo proximius operatur & consentit, subtiliter *irritat*
& allicit: hanc considerationem confirmat locutio illa
apostolica *Rom. XIII. 14. carnis providentiam facite, ut*
non faciatis ad concupiscentias. Platonius quidem er-
ror est, quod *corpus animam corrumpat*, quod tamen
nullum jus, nullam actionem, nullumque medium agen-
di in animam habet: licet nonnulli *communicationem pec-*
cati originalis a corpore in animam referente WECH-
TLERO *de homine oriente & occidente Lib. 1. disp. 9.* affir-
ment: quos tamen BELLARMINUS *Tom. IV. L. 4. de amif-*
sa gratia c. 12. col. 283. hisce refellit verbis: *qua enim*
quaso vel verisimilitudine dicere licebit, animam (quæ est
substantia spiritalis) a corpore infici? & cum nemo nisi
plane insanus, corpori suo ignorantiam sive prava deside-
ria attribueret possit: edicant hujus sententia assertores,
quomodo hæc vitia a corpore in animam derivari possint:
conf. BRÖCHMOND. System. univers. Theol. tit. de peccato
Tom.

Tom. I. p. 179. attamen non Platonico errori tribuere velimus assertum Philonis in Lib. Sap. IX. 15. *corruptibile corpus aggravat animam, etiam deprimit terrenum terrenorum mentem multis cum curis plenam*: huc pertinent testimonia S. Codicis, quod *vinum lertificet, tumultuari faciat, macht lose Leute, staret Gervanc macht wilde, unde ullus errans in eo non fiet sapiens, quod vinum tristibus sit exhibendum, quod regibus non sit porrigendum, sicuti inter Turcas & Persas religiosa lege vini potus prohibitus fuit: hinc liquet vinum, tanquam materiale subjectum, animi dotes & qualitates certo respectu afficere, quo pertinent dicitur sich zum Narren, oder toll und thöbrigt sauffen, sich vom Verstand sauffen; quadrat huc Theologi cujusdam effectum in der Kirchen-Postill Epist. III. Dom. Trinit. Dann wann die Seele auch vom Leibe beschwehret wird, wo er mit Trunkenheit überladen ist, also wiederum, wo die Seele wacker und nüchtern ist, da wird auch der Leib mäßig und geschickt, Dices Wort zu hören: & tales alterationes nuncuntur illa *unione animæ cum corpore*, quæ non mysterium est, nec in obscura metaphysica speculatione consistit, sed *influxum animæ in corpus sive sensitivum, sive activum* pro evidenti forma agnoscit: sicut enim *anima* sua operatrice facultate *ideas* format, producit, componit, seligit, diuidit, disponit, ordinat, & inde rationales distinctos conceptus efficit, ita eadem sua connata energia (quam quidam animæ operationem in corpus vocant, sicut certus author in Gedench. Sprüchen F. 1. Pentec. p. 631. dicit: das Wort *ἐνεργεῖν* wird sonst von der Seele gebraucht, die in dem Leibe wohnet, und sich mit denselben vereiniget, daß sie in demselben lebet, und ihn lebendig machet:)*

rus producit, iisque vel in & cum corpore sentit, variasque functiones administrat, *medianibus organis* s. instrumentis congrua materiali qualitate, quam *mechanicam* dicimus, instructis, ad certos effectus, usus atque *finis* operatur: Et quis adeo captiosus, scrupulosus aut morosus fuerit, ut eandem animæ operationem acriter, pertinaciter & impudenter neget, quia *crassa* aut *figurativa reflexiva* cogitatione eam non comprehendere possumus, *quo modo anima generet motus*, eosque *corpori* communicet: quis enim clare, *perspicue* & distincte *concipere* & explicare potest, *quo modo motus deserat* unum & *ingrediatur* alterum corpus, aut quo modo hoc corpus a priori motum excipiat. TAULERUS *domin. Quasmod. Conc. 2. p. 535.* dicit: Der Mensch kan nicht verstehen, wie die Seele mit den Leib vereiniget ist, und wie sie den ganzen Leib be- weget und trägt, auch in einen jeden Glied sonderbahre Würkungen verricht: quis autem propterea *illam unionem negaverit*: anima itaque agit in organa sui corporis & *medianibus bisce* in objecta *externa corporea*, alias illa cum *mundo visibili nullum* habere posset commercium; objecta autem *extranea corporea* iterum *reagunt* in organa corporis humani & *per hac* iterum afficiunt & alterant *animam* & hac ratione *Medicina* frequentem *nexum* & operationem in *animam* testatur & exequitur. Et hæc de *actione animæ* in *Sanguinem* & vi hujus de *reactione* per *Sanguinem* in *animam* brevibus demonstrare & indicare placuit: ideo videtur nobis, quod CRITIAS Philosophus in *Lib. de anim. rat. 32.* asseruerit *sanguinem sentire*, *conf. HARVEJUS de generat. anim. exerc. 52.* GARMANNUS de *Mirac. Mort. Lib. 2. tit. 7. §. 74.* aut quod idem CRITIAS, DIOGE-

NES,

NES, EMPEDOCLES, PHILO Sanguinem pro anima habuerunt vid. GARMANNUS l. c. §. 122. sicut quidam asserunt *Sanguinem vehiculum animæ esse*, aut sanguinem brutorum, animam brutinam esse: prout in Sacro Codice *Sanguini talis facultas tribuitur*, quæ competit *animæ rationali*, de qua meditatione *conf. disp. DN. D. PRÆSIDIS de Hamatologia Physico-Medica §. §. ultimis.*

§. V.

Ex humorum numero mox *Bilis* communicatio cum *animo* inquirenda & indicanda erit; etenim bilis humor est in *elasticam volatilizarem* valde proclivis, sed & ad *orgasticam* & impetuosam sanguinis commotionem multum contribuens, præterea autem partes *sensibiles* valde ad *motus* allicit, adeoque materiale *irritamentum*, *moruum* constituit: communis quidem & quotidiana est observatio, quod homines *copiosam & subtilem* possidentes *bilem*, præcipites ad *iram* existant, sicut vulgari iudicio *cholericis* dicuntur *iracundi*, & valde versa vice iracundi pro cholericis habentur: id autem hac observatione in veritate *facti* constat, quod inter *animi impetuosas*, præcipites, *fortes, heroicas*, strenuas, *intrepidas*, crudeles & *iracundas* actiones, ut & *bilis largioven* collectionem & *intensivem* commotionem magna intercedat communicatio: sicut *plebejo* arbitrio de *iracundis* asseritur, sic haben viel Galle, haben eine hitzige Leber, *conf. D. D. PRÆSIDIS disp. de Sanguine nobili.* Talia etiam subiecta in tali diætâ atque regimine ut plurimum versantur, unde multam bilem colligunt. Sic etiam homines *heroico, animoso*, intrepido, audaci & *alto* animo præditi, communitè cholericis & *copiosa bile* instructi sunt: Et quid non

C 3

homi

homines audent, quibus *sanguis* non morboſo modo *ebullit*: quare vulgo de illis qui ardua ſuſcipiunt & *periculosa* audent, dicitur eſſe habe ihnen das Blut darnach gewallet: *iracundi* itaque homines facilius *bilioſi* corripuntur morbis, & *tales* morbi facile *iracundos*, *immoderatos* & impatientes excitant *moves*, & ſimilia *furioſa* cauſantur *deliria*: enim vero *ſubtilis*, acris & *orgaſtica* bilis citius *maſſam* ſanguinis *intra* & penetrat, facilius & gravius partes *ſenſibiles* alterat & *ſtimulat*, & ita *motus* in corpore magis *exacerbat*, cum quo *incitamento* dein facilius *animus* conſentit, & in *ſimile morum imperuoſum* augmentum tranſit: Talis itaque occurrit *connexio* inter *animum* & *bilem*; qua de cauſa *Medici* interdum ſuo officio practico ad *tales* animi *furores* & imperus *leniendos* ordinant & uſurpant *media*, nimiam *bilis* collectionem præſcindentia, præſentem ejus ubertatem *minuentia* & evacu-antia, *orgaſticam* illius qualitatem & *acrimoniam* *corrigentia*, præcipitantia & involventia, & ita *dominium* ejus refrænantia: hoc igitur modo medicus *materialibus* ſuis auxiliis *animo* ſubvenit: quæcunque contra five e *diæteticiſ* ſ. *pharmaceuticiſ* mediis, cauſis & occaſionibus *bilem* augent & commovent, illa hac connexionem proclivitatem *iraſcendi* incitant, unde in *proverbium* abiit, *bilem* alicui *moveve*, i. e. ad *iram ſtimulare* aliquem; talis enim inter hunc iracundiæ affectum & bilis motum quotidiana obſervatur actio & reactio, ut *illa hanc* valde impellat, & ad *largam effuſionem* adigat, unde ab *iracundia* ex parte oriuntur *morbi bilioſi*, *bilis* autem viciffim *iracundiam*, impatientiam; &c. incitat atque cauſatur: quia vero affectus *iræ* vehemens, fortis, præceps, *im-*
mode-

moderatus est, ita in corpore haud alius occurrit humor, qui ad similes motuum gradus exercendos disponit & stimulos admover, quam bilis est, quæ non modo ad ardentem sanguinis ebullitionem, sed etiam ad intensiorem virium & fibrarum morricium commotionem simili irrimenſo contribuit: quæ ratio ex parte eſſe poteſt, cur anima affectu iracundiæ mediante bile cum ſuo corpore commercium habeat: & cur viciffim medicus bilem curando animam etiam afficiat, hancque ſedare adjuvet.

§. VI.

Præter hætenus nominatos & conciliatos humores adhuc *Genituræ* ſeminalis ſ. *Seminis* aliqualem conſiderationem inſtituemus: non quidem hoc loco quæſtionem illam movere & decidere placet, quam eruditi proponere & ventilare ſolent, an *Semen* ſit *animatum*, quia hæc diſquiſitio ad præſentem tractationem proprie non ſpectat, id vero aſſeveramus, quod inter *animam* & *Semen* magna intercedat *conſenſio*: ita homines *libidinoſi*, voluptuoſi, aſt *ſani*, nec venere abutentes, ut plurimum *largiorem* ſeminis ſecretionem & collectionem experiuntur, dum affectus *laſciviæ ſeminis morum* atque *uſum* pro *objecto* & ſcopo habet, *organa enim genitalia* affectui *venereo* miniſtrant, quibus *mediantribus* hic a potentia & deſiderio in *actum* ducitur, quæ *membra* propterea illo *affectu* irritantur: *anima* enim talem *cupiditatem* concipit & *meditat*ur, ad cuius *executionem* hiſce organis utitur, quæ ex parte *moribus illis* libidinoſis *irritantur*: contra vero homines *temperati*, *caſti*, ab hoc actu *abſtemii*, non modo partium *genitalium comparate vario*rem irritationem ſentiunt, ſed etiam *parciorem* ſeminis præparationem.

nem experiuntur, quod suo testimonio probat ZYPÆUS *fundam. Medic. c. 3. art. 6. §. 12.* Vicissim etiam largior seminis collectio affectum veneris irriuat, dum membra, quibus cum hic affectus exercetur, rurgens copia seminis stimulat; & id tanto citius, certius & intensius fit, quo magis semen partibus sanguinis ita dictis spirituosiss, salino-sulphureis, volatilibus ex ingestis luxuriosis, generosis, delicatis, lautis, vinosis, spirituosiss, aromaticis &c. remixtum est, quæ organa genitalia inrenssecus stimulant, ut ad usum carnalem applicari queant, quo ipso simul anima ad concupiscentiam allicitur & irritatur, sicut alias ratio vivendi luxuriosa animam ad carnalem securitatem & libidinem seducit: ob id etiam medici Seminis orgasmum & cestrum accusare solent, quo membra genitalia nimium irriuantur, ut interdum deliria lasciva inde ortum traxerint, quod passim medici testantur, quando erotomaniam, furorem uterinum, philtia &c. explicant, de qua observatione conf. REJES. in *Camp. Elys. juc. qu. 46.* SCHURIGIUS in *Spermarol. c. V. §. 44-46.* BLEGNY *Zod. Gallic. 1679. Jan. obs. 6.* Hæc igitur qualitates physicas Medicus scite considerans & rite curans, animi simul erroribus & morbis medelam affert. Idem etiam sentiendum est, de Lactis commercio cum anima, sec. communem opinionem, quod mores cum lacte communicentur, unde innotuere locutiones & accusationes de lacte iracundo, lascivo &c. von einer böshafsten, zornigen, zänckischen, geilen, wollüstigen, diebischen, unruhigen u. Milch: sed quoniam hanc contemplanationem DN. D. PRÆSES in *disp. de Fure Lactantium Medico* disertius & amplius tractavit, solum brevibus illam modo allegasse suffecerit; id saltim adhuc signi-

signi.

significandum esse duxi, quod *medicus suo* etiam *officio* lactis *emendationi* & si quæ *morum* corruptiones successu temporis inde metuendæ essent, illis etiam quadantenus sub & prævenire queat.

§. VII.

Explicato huc usque *nexu animæ* cum *variis humo-ribus*, nunc porro indicabimus *consensum* ejusdem animæ rationalis cum *variis organis corporis* humani, unde iterum demonstrabimus actionem *artis medica* in *animum*: præmittere vero & repetere placuit *paralogismum* illum, quò quidam erronee concludunt, quod *anima vario* talia organa plane *non* moveat, quia *voluntarie* illas afficere *non* potest: quasi hic *infallibilis* sit nervus probandi, quod *anima omnes* operationes *voluntarie* exercere debeat, & quod *voluntas* sit *movens* argumentum, quo *unice* & sub præclusionione aliorum *animæ influxus activus* in *corpus* humanum probatur: etenim *anima non solum volens*, sed quod magis est, generatim *razionalis* existit: cur igitur non concluditur, quod *diversi razionales* respectus, in actionibus vitalibus, animalibus & naturalibus occurrentes, *eodem jure* comprobent, animam rationalem illas functiones administrare, tanto magis, quia *perspicue* & solide *nunquam* probatum est, tales functiones pure & nude *automaricas* esse. Sed ut ad nostram demonstrationem redeamus, agnoscimus utique *animam sedem* suam habere in *cerebro*, *operari in cerebro* & *motrice* sua virtute agere & *excurrere e cerebro* in *totum* suum corpus; ideo non modo *razionaliter* & *arbitrarie* multa membra *exteriora*, imo extrema sui corporis mover, sed etiam *rationallyter* & cum *judicio discretivo* *sentire in toto suo corpore*,

D
quid

quid videlicet *gratum*, *adversum*, placidum, molestum, bonum, malum, leniens, acre, molle, durum &c. existat. Igitur *anima* operatur *in* & *cum cerebro*, hoc itaque est non solum *habitaculum*, sed etiam *instrumentum* animæ: *hoc bene* constituto, si *causa agens* & operans cæteroque *bonis viribus* & qualitatibus instructa est, *bene* etiam perficiuntur actiones: nam *anima stupida*, inculta, turbulenta, simplex, semi fatua, morosa, immoderata, incivilis &c. *æque in cerebro sano* habitare potest; quis adeo *præjudicaverit*, ut *rusticorum* animæ assignaverit *cerebrum intemperatum* & male sanum: sufficit itaque, si *cerebrum* modo *illesum*, integrum, non nimis siccum, nec nimis humidum, nec humorum stagnationibus, stasibus, infarctibus &c. alteratum est, de reliquo *non necesse* est ab *anima majori* vel *minori* vigore & affectione ad *cerebri meliorem* vel *inferiorem materialem* qualitatem argumentari: *beotus* enim animus æque facile in *minori*, exiliori & *comparate debiliori* cerebro operari potest; *vis* enim & *facultas mentis*, quippe spiritualis & *idealis* in causa s. principio *spirituali*, non vero in *cerebri materiali* qualitate hæret. *Organo* itaque Cerebri sano & *integro* anima operationes mentis *ordinate*, regulariter & sine difficultate, impedimento & perturbatione exequi potest, æque ac generatim homo *mediantibus membris integris* & *bene* constitutis *operationes dextre* & congrue perficere potest & solet. Quando vero in Cerebro ab intra variæ *morbosæ* alterationes, velut sanguinis, lymphæ, feri & pituitæ accumulationes oppletiones stagnationes, stases, corruptiones, inflammationes, membranarum, nervorum & ipsius substantiæ Cerebri relaxationes, atoniæ, spasticæ strictu-

stricturæ &c. ab extra vero contusiones, vulnerationes, compressiones, dilacerationes, puncturæ, festucarum insertiones, humorum extravasationes aliæque *laesiones Cerebrum offendentes* contigerint, tunc præter *alterationes, corpus concernentes*, etiam variae *animi perturbationes* oriuntur, velut affectus soporosi, variae species & gradus deliriorum, phrenitis, mania, melancholia, fatuitas, memoriae abolitio, phantasiae terribiles nocturnæ, confusæ aliæ operationes mentis, ecstases naturales, mirabiles affectus spasmodico aut convulsivo infani, specimina obfessionum, æquivocæ corruptiones rationis, quæ aliquando incantamentis, aut morbis dæmoniacis adscribuntur, inde ortum ducunt. Hisce igitur causis *naturalibus & materialibus morbificis* si *medicus* peritus convenientem *opem* ferre sciverit, non modo *cerebrum* purgaverit & sanaverit, sed etiam vi prædicti *nexus anima* cum *cerebro* animum *medico* suo officio *ordinaverit*, ideoque simul *corpore & menti* medicinam præstiterit: quod si etiam *medicus* hanc *artificiosam* opem *tempestive & sufficienter* obtulerit, eo *meliori* tunc successu & effectu hoc *officium anima* ferre poterit. Et quoniam in *Cerebro & capite primaria* facultates *animæ* exercentur, videlicet *mentis & sensationis*, aut sensuum interiorum & exteriorum (nam *sensus irracionales* statuere, est contradictionem in adjecto committere, ejusdemque farinae & surfuris, ac in Epistolis obscurorum virorum distinctio inter pedes racionales & irracionales occurrit,) nec non aliarum functionum animalium, ita multiplicem influxum & *nexus ars medica* cum diversis *organis* hisce functionibus ministrantibus, impetrat & applicat.

§. VIII.

Quid *Cordi* commercii cum *animo* intercedat, *superius* quadantenus indicavimus; aliquando vitium hæret in *nimia ebalamorum angustia & strictura*, aliquando in *vitiosa conformatione*, interdum in *nimia ejus ariditate*, flaccescentia & tæbe, nonnunquam in *nimia opplesione* cum humore atro, sanguine *tenaci* & coagulato nigricante, in collectione *viscidæ* pituitæ, in *polyposa* concretionē & similibus p. n. qualitatibus, quæ cum magno *angore, mevore, melancholia*, animi deliquis, aliisque *varionis turbis* non raro complicatæ deprehenduntur: quales varios casus allegarunt ROLFINC *diff. de corde*, BONETUS in *Anat. Pract. Lib. 1. Sect. 9. ut & L. 2. Sect. 8.* WILLISIUS *zv. de affect. hypochondr. Job. Maur. HOFFMANN. disquis. corp. bum. Pathol. anat. Spec. 12.* MALPIGHIVS *differ. de Polypo Cordis.* CAMERARIUS in *A. N. C. Dec. 2. An. 5. obs. 53.* & varii alii: jam *cordis* alterationes contingunt in *pectore*, *mentis* autem turbæ fiunt in *cerebro*, indeque *religuum* corpus afficiunt: an vero causæ *materiales* morbificæ in *corde* agere possint in *operationes mentis* in *cerebro*, probatu *difficillimum* erit, etiamsi omnes nervi, vires imaginationes & coactæ intendantur fictiones, nam *consensum nervorum* velut *grande sæpe assylum*, accusare velle, *cacum* & raro, præter nudam credulitatem & suppositionem coherens est *refugium*: interim *cordis* morbosa afflictio *indubitata* & *animi* conjuncta confusio *vera* est, quomodocunque jam *nexus* & *consensus* excogitatur. Agnoscimus & accusamus omnino *alteratum* in *tali* casu *morum* sanguinis; an vero *hæc* mutatio ex *necessitate physico rationis* turbas efficere & elicere queat & debeat, id adhuc

adhuc demonstrationibus *deficientibus* & desideratis pathologicis adscribendum est: nos ita de hoc casu sentimus, *salva* aliorum meliori fortassis cognitione: *anima* *rationaliter percipit* cordis *offensas*, varia *sensitiva* facultate *adversæ* & *molestæ* sensationis specie; hanc alterationem *corpus non* sentit, quia *cor* velut *subjectum materiale* illam *offensam patitur*, ideoque in *materiali* sua proprietate *violatur*, ut hanc molestiam *alia*, eaque *digniori* & *majori* qualitate reactionis sentire non possit; igitur *rectius anima* illa *rationali* & *discretiva* dijudicatione alterationem illam *morbosam* in *corde sentit* & ita percipit, quippe *adversam* & *perniciosam* mutationem: quo *gravior* hæc *offensio* in *organo* adeo *nobili* & *vitæ* naturali ita *neccessario* existit, eo *molestiorem* causatur sensationem & quidem in *anima*, quæ, quia proxime *sui habitaculi*, videlicet corporis & in hoc *principalem* partem *cordis* afficit, sine *cujus integritate* diu hæc naturali *vita* frui illa *haud* potest, ideo in *propriis* & *primariis* suis negotiis, *rationis* videl., valde turbatur, sec. *analogiam aliarum* operationum animæ, in relatione ad *alia* instrumenta & officia, quæ, quo *magis* ejus usui *neccessaria* sunt, eo certius ob *offensionem* eorum *illa moleste* afficitur, ut propterea in *varios turbulentos* motus illa degeneret. Simile quid cum *aliis* organis corporis accidit, quæ vel in *œconomia vitali* *perquam* *utilia*, *nobilia* & *neccessaria* sunt, vel *variis intricatis* morbis obnoxia existunt; e numero talium viscerum placet adhuc LIENS affectus allegare, qui in *variis* subjectis magnas & contumaces *animi* turbas causari solent, hinc communi prædicatione, qualitates *milßsüchtig*, *schwermüthig*, *tieffinnig*, *melancholisch*.

lancheilich pro *homoroni* accipiuntur & quoniam affectu *acerbiori Splenico* detenti, modo *tristi* & *anxia* melancholia laborant, modo *bilari*, *risibili*, *jocosa* & voluptuosa *mentis confusione* præditi sunt, ideo *antiqua* est fabula, quasi *Lien* sit *Sedes* aut *officina Melancholiæ, bilarioris, risibilitatis, lætitiæ, tristitiæ, libidinis* &c. ut *GALENUS, ORIBASIVS, ACTUARIUS* alique judicarunt: *conf. FRANCKENAU Sat. med. 1. n. 16. p. 2. Sat. 7. p. 108. 109. ej. diff. de Hæmorrhoid. nor. 29. CASMANNI Ppsychol. P. 1. c. 14. qu. 4. p. 521. A. N. C. Dec. 1. an. 1. obs. 118. SEBIZ. Exerc. med. p. 26. Ej. Coll. therap. disp. 4. coroll. 6.* ita ut ipsi medici quoad *ralem* affectionem admodum *dissentiant*: quamvis *hæud promiscue* in *Melancholicis* culpa in *Lienem* transferri mereatur, ut propterea varii medici *innocentiam* splenis in *Melancholicis* restari fuerint: *conf. BONETUS Anat. Pract. Lib. 1. Sect. 9. obs. 21. A. N. C. Cent. 5. p. 277. FRANCKENAU diff. de Hæmorrhoid. ad. n. 29. ut & in Satyr. Med. 1. p. 28.* Ut ut autem *Lien proprie*, nec *ridere*, nec *plorare* facit, ut plurimum tamen *Splenis morbis* affecti *confusionem varionis* experiuntur, quæ pro *discrimine* subjectorum, *constituzionis* corporis, prægressæ *diætæ, educationis*, aliarumque concurrentium circumstantiarum, nunc *mastra*, nunc *lata*, nunc *voluptuosa*, nunc *rimida* & abstemia est: id interim in tali ægitudine *corporis* certum est, quod cum *hac* sæpe *animus* ægrotare soleat. Si igitur *medicus* prædictis affectibus *cordis, aliarumque* partium *arrificiose* medela dextre subvenit, *animi* etiam *turbas* eodem nexu corrigere solet, dum *causam* hanc in corpore curat, *ob quam mens* in *confusionem* ruit: æque ac si quis a *moralis* causa valde angitur, affligitur & turbatur; qua *correcta* & emendata,

animus

onimus denno in pristinum ordinem, quietem & tranquillitatem revertitur.

§. IX.

Hiscæ observationibus annectimus adhuc illam notatu dignam annotationem *Practicam*, quod scemina interdum a *Mensium turbulento & anomalo* statu fonticas & mirabiles *confusiones rationis* obtineant, inde *Melancholia* in sexu sequiori oriuntur, quæ interdum cum *hysterico* affectu complicantur, sicut in *viris* quandoque *Mania* ab *hæmorrhoidibus* suppressis ortum traxit: Nec incognita observatio est, quod *Gravida* sepe varias *mentis ataxias* experiantur: *vid. ZAC. LUS. Pr. adm. Lib. 1. obs. 50. 51. AETIUS zeryab. 4. serm. 2. c. 3. GALENUS de nat. fac. L. 2. c. 8. 9. Alp. a Sanct. Cruc. de Melanch. p. 29.* multique alii: quo non solum referimus *confusa desideria & corruptum appetitum*, sed & *inquietas & perturbatas imaginationes*, nec non *Melancholiam*: ita etiam *Puerpera* nonnunquam in *fonticas rationis perverstrates* incidunt, ut *Melancholica, maniacæ, Phrenitica, pbanatica* reddantur, quales casus varii a practicis recensentur & passim adh. occurrunt; Si *tales* scemina cæteroque in *animo & corpore* valde *sensibiles*, mutabiles, *præcipites, inquietæ*, inordinatæ &c. fuerint, tunc *facilius* prædicta *irregularitas Mensium*, ardua & multis *afflictionibus* stipata *Graviditas, difficilis*, laboriosus & *periculosus Partus, Lochiorum turbulenzus* successus & status, *uteri* etiam *fontica offensus*, velut causæ, *corpus* perquam afficientes, ipsum *animum* talium sceminarum afficit & ad diversas *confusiones* seducit & allicit: Quando itaque *medicus suo officio tales morbificas causas, corpus* graviter affligentes, tollit, tunc ob eundem *nexum animum* turbu-

turbulentum denuo corrigat, quietat & tranquillium redere adjuvat & ita iterum quoad *hasce* ægritudines *corporis* cum *animo* arte sua *commercium* probat. Quoties porro a variis *mentis* inordinatis, immoderatis, obstinatis, impetuosus & *confusus operationibus* *œconomia* *vita* *violatur*, quotidiana confirmant testimonia, quapropter medicus non solum *medicamentis* curare, sed etiam scire debet, ut recte *persuadeat*, monente SEPTALIO *in animadu. Lib. 1. f. 8.* id est congrua *moralis* correctione subvenire debet, ut non æque necesse sit *rigorosa* & dura remedia adhibere, sicut LENTILIUS *in Eteodr. med. pract. p. 45.* hoc specificum pro malis mulieribus commendat: *Sic fustis, postis, sic axis rabiosarum Megerarum tergis & tergoribus applicata, nonnunquam præsentiora sunt remedia, quam olea & pyxides officinarum?* proinde autem medicus sollicitus ejusmodi *immorigera mente* in detrimentum *sanitatis* cedere potest, ut interea e periculo doctus talis *immoderatus* animus ad *meliores* frugem redire discat, quo medicus curam & singula sua officia redigit. Quando præterea peritus & providus medicus in diversis morbis advertit, quod *ægrî corrupti mores* & affectus valde præpediant, tunc iterum magno studio nititur, quo præsentis *adversa mentis* qualitates *medicis* etiam adminiculis emendentur: hinc *lenientia, temperantia, præcipitantia, selecta sedativa, demulcentia, gelatinosa, emollientia, ebologoga, diluentia, abstergentia, alvinam excretionem conservantia, iracundis, indignabundis, impatientibus, immoderatis,* impetuosus subjectis ordinanda sunt; sic etiam

iam *mericulosis, anxiiis, follicitis, tristibus, terrificis* &c. alia congrua medicamina *vires rescientia*, motus & excretiones *promoventia*, allevantia & in ordinem convertentia, aliaque usurpari debent: Quicquid præterea in *morbis g-nimum* erigere, ad *bonam spem & confidentiam* disponere & promovere, recreationem & tranquillitatem provocare potest, id *medicus* suo consilio *suaque arte* operari debet, quo felices sui officii consequatur successus: nam *multiplex* comprobat effectus, quod *animus medici officium* in præservandis & curandis morbis valde *impedire & alio* respectu multum *adjuvare* queat soleatque, ideo multum etiam refert, quo *animi moderamen* perito suo officio curæ habeat cordique, id quod non solum *morali* persuasione, sed etiam *artificiose* opitulatione fieri potest: Nec silentio prætereundum, sed hoc ordine adhuc repetendum est, quod interdum *animus*, ob *vermium* præsentiam & molestiam in *investinis, confundatur*, quo iterum *medicus* curam suam dirigere debet, si *animi perturbationem* avertere nititur; hinc interdum tales *errores* in *Praxi* medica occurrunt, quando *certa deliria specificis* remediis, variisque *empiricis* experimentis, *posthabita*, nec bene pensitata *causa, corpus* concernente & ad *illam mentis* confusionem disponente, tractantur: quæ consideratio etiam applicanda est ad illa *specialissima deliria*, quæ cum *morsibus* ac violariis a diversis *animalibus* perpetratis, conspirant; testimonio læsionum ab *araneis, serpentibus, viperis, scorpionibus, tarantulis, canibus*, imo *hominibus iracundis* aut *furiosis*, &c. inflictarum; ubi principalis opera eo impendenda est, ut *salivale* illud virus tempeste

E eli

eliminetur, tunc iterum *ratio* ad suam *integritatem* re-
vertitur.

§. X.

Numerum harum observationem auget porro con-
sideratio *excedentium* motuum, varios *Spasmos & Convul-*
siones constituentium, *sub quibus* communiter etiam *ani-*
mus affligitur, ut *perturbatio*, vel plane *insana confusio* in
eodem occurrat, quæ *complicatio* qualitatum *morbosa-*
rum in *animo & corpore* ipsum affectum *gravem* magis at-
que ominosum reddit: ne igitur *hæc mentis* alteratio
morbum corporis deterioret, necesse est, ut *medicus con-*
gruus medela *animo* moderetur eumque in ordinem iterum
reducere adjuvet; id quod fieri potest, si *causam*, talem
mentis perturbationem provocantem, *corpus* concernen-
tem rite curat: sicut alias *deliria*, *certis* morbis se associ-
antia, medici tanquam *fonticum* symptoma sollicita cura
mitigare & avertere nituntur. Imprimis autem atroces,
acuti & acerbi *dolores* valde *animum* cruciant, ut vel *deli-*
quia, vel *deliria* inde oriantur, quales casus in historia
medica *passim* occurrunt & superius modo de *parrus do-*
loribus indicatum fuit: constant talia exempla, quod cum
doloribus *rheumaticis, odontalgicis, nephriticis, podagricis*
&c. tales *mentis confusiones* concurrerint, quibus *pro-*
pterea leniendis medicus sollicitam operam navat: quid
infelices *læsiones & punctura* valeant ad causandos gravis-
simos *dolores, animique, angores* atque *turbas*, abunde in
historiis morborum cognitum est: quibus rationis alte-
rationibus igitur *medicus* in tali necessitate suis consiliis &
auxiliis *artificiose* sollicitè subvenire, ideoque in hisce
casibus iterum cum *animo commercium* inire solet. Quid

in defectu motuum, ad vitam necessariorum, eveniat, videlicet in nimia *virium prostratione*, in morbis *diuturnis* & exhaustis ægris, medicum attentum latere haud potest, quoniam istiusmodi statui ægrotationis sese communiter *animi deliquia*, ut & quandoque *deliria* sese combinare solent, quæ symptomata iterum *periculosi* prognosticis formandis ansam præbent, hinc medici inter spem & metum huic accidenti sollicitè se opponunt & vires animumque revocare, aut *sensus* atque *motus* rescicere omni studio laborant. Quando præterea nonnulla subiecta *nimia sensibilia* sunt, omnemque alterationem *corporis* vel summo *meru* & *angore*, vel magna *impatientia* & intolerabili *morsitate* percipiunt, tunc variis gradibus & affectibus *animus* perturbatur, ut ea propter huic *afflictioni* medicus variis convenientibus adminiculis *lenientibus*, *temperantibus*, *sedativis* mederi necesse ducat: quoniam igitur hæc *Sensibilitas* quoad *formalem* suam causam cum *animi* motibus magnam *convenientiam* habet, id quod amplius in diff. DN. D. PRÆSIDIS *de Sensibilitate Personali* demonstratum est, ideo Medicus huic *nimia Sensibilitati* suo officio opem præstans, *animo pariter* auxilium fert: Quando ulterius homines *cenantès nimium ventriculum* cibis implent, tunc non modo *turbulentas noctes*, sed & molesta *insomnia* experiuntur, quæ inordinatam & *confusam phantasia* operationem produunt, quibus *præoccupandis moderatio in cena* commendatur, ne multa & *dyspepta*, aut flatus intestinorum & adstrictionem alvi excitantia alimenta, sed potius *eupepta*, roborantia & quasvis *excretionès* promotiva ingerantur, vel medicus digerentia, lenientia, incidentia, carminativa &c. ordinat & hoc modo *noctur*.

nas tales *animi* turbas avertere contendit. De *hypochondriacis* constat, quod *alvo* tenacius clausa, aut ob *stricturas periphericas* sanguine ad *inteviora*, vel ad *pectus & caput* compulso, *animi* afflictiones *melancholicas*, angorem, incrorem, timorem &c. magis sentiant: quibus prædictis *moribus & stricturis* curatis & *remotis*, *mens* denuo erigitur & in *pacatum* ordinem redigitur. Nec denique oblivioni tradenda est illa notatu digna observatio, quam DN. D. PRÆSES *diss. de Morum & Morborum consensu* latius explicavit, quod *diuturni* morbi ægros sæpe reddant *morosos, impatientes, indignabundos*, renitentes, obstinatos, instabiles &c. quos *mores* vulgo tribuunt *pernitencia morbi*: Quodsi igitur *Medici talibus morbis* aliqualem efficacem medelam ferre poterint, *animum* insuper magis *tranquillum & moderatum* reddere adjuvant. Et hæc varia, hæctenus allegata, talia fuerant *exempla & Specimina*, quibus *probavimus* quod *Medicus suo officio animæ* rationali necessaria & *salutaria* afferat auxilia, proptereaque *falsa* sit assertio, quod *Medicina tantum* cum *corpore*, *haud* vero cum *anima commercium* habeat, quæ *erronea* sententia ab illo crasso pendet *præjudicio*, quasi in *œconomia vitali anima* rationalis *nihil* ad *salubritatem corporis* sui conferat; in hac explicatione igitur nunc pedem figimus Deumque ob præstitum in hoc labore auxilium humillima gratiarum actione veneramur, proinde etiam rogamus, ut *almo suo directorio* efficiat, quo *studia & officia nostra* salutaris comiterur *successus & optatus* sequatur

F I N I S.

PRÆ.

PRÆNOBILISSIMO ATQVE EGREGIE
DOCTO
DOMINO CANDIDATO

S. D. P.

D. GEORG. GOTTFRIED WENDT.

TAndem aliquando CANDIDATE PRÆNOBILISSIME occasio mihi arridet suavissima, eaque exoptatissima, publice te alloquendi, collaudandique; cum ascendendi cathedram hodie **TIBI** datur facultas, ex qua dissertationem **TUAM** perquam erudite elaboratam defendere contendis. Elegisti huic scopo thema aliquod arduum & certe intricatum, quod tamen foro medico magnum est allaturum fructum; perscrutemur modo animam illiusque in *corpus humanum* operationes, tunc certe de illa occurrunt tam diversæ sententiæ, quales de nullo fere alio subjecto circumferri possunt. Quidam animæ operationibus in corpore humano vel nihil, vel parum tribuere contendunt, cum tamen alii jure meritoque ei facultatem istam motricem inesse asserant, & ut ad ipsam **TUAM** dissertationem me convertam; tam certissime medicus in curandis morbis eorumque symptomatibus animæ curam habere debet, licet quidam objicere possent, hoc munus modo theologis subeundum esse, medicum vero ad corpus curandum animum suum dirigere debere? Sed respondeo, si medicus animæ curam negligeret, quid in curandis morbis animi, bo-

E 3

ni

ni efficeret, quod emolumentum caperent ægroti
in curandis adfectibus ex ira, terrore, mœrore, aliis-
que animi pathematibus ortis, si ad animum placan-
dum, terrorem atque mœrorem avertendum medi-
cus suum non dirigeret animum? materialia enim
subjecta & medicamenta alias efficacissima parum ef-
ficiunt; quam ob causam medicus remediis imma-
terialibus animæ respectum habere debet; sic quo-
que TIBI recensere possem circumstantias, sed plura
allegare non necesse duco; dum TU CANDIDA-
TE PRÆNOBILISSIME hæc omnia in disser-
tatione tam egregie & perquam docte perscrutatus
es, ut nihil restet, quam ut publice lucem disserta-
tionis TUÆ actui, quædam in dubium vocando, af-
fundam. Cum igitur vitæ academicæ valedicere,
non tamen sine honoribus publice acquisitis docto-
ralibus discedere contendis, sed eos tanquam diligen-
tiæ TUÆ indefessæ testimonium TIBI reposita-
re anniteris; ideo eam ob causam hosce honores
summos in medicina capeffendos TIBI gratulor.
Annuat TUIS conatibus altissimus archiater, quo
omnia, quæ suscipies, in sui gloriam, in patris, de
filio tam egregie docto, gaudium, in patriæ splen-
dorem, ægrotorum emolumentum, immo in TUI
honorem cedere vellent. Nihil amplius restat, ve-
lis etiam sicuti hucusque fecisti amando me perge-
re, dum certe persuasus sum, quod mearum est
partium, me etiam in diffitis locis amicitia TUÆ
integerrimæ recordationem nunquam traditurum
esse oblivioni. Vale. Dab. Hal. Magdeb. d. 8. Nov.
A. O. R. MDCCLXV.

Sic

Sic hodiernæ **TIBI** contingit **SVAVIS AMICE**
Quod dicunt, tandem? tandem bona caussa
triumphat.

Nam studiis, cursu felici, **DIGNE!** peractis,
Pierides hodie **TIBI** conciliare triumphum,
Quem post assiduos conatus laude reportas,
Quem quoque conciliat **TIBI** dissertatio docta,
Quam lectu dignam publici, **FIDELIS AMICE,**
Fecisti juris. Quoniam doctoris honores
Accipe promeritos jam dudum laude perenni.
Tempore futuro summum **TUA** cepta secundet
Numen, nunc patriam cum prosperitate saluta
Dulcem, his ubicunque velis, comitetur ubique
Te mitis fortuna, **TIBI** sit & aurea praxis.
Lator, si cuncto memorem **TE** iustis amici
Tempore. Quod restat, semper valeas, vigeasque.

HENR. CONR. RENNEWALD,
Med. Doct.

Jam mea conjungo tandem sincerrima vota,
Quæ sacrant alii **SVAVIS AMICE TIBI.**
Ex indefesso multoque labore peracto.
Eveniunt hodie præmia larga **TIBI.**
Literulis medicis **TE** consecrare studebas,
Sic jam Doctorem **TE** Medicina creat.

Acci.

Accipias ergo, dudum jam dignus honore
Hoc Doctorali, non sine laude cape.
Quæ modo suscipies, felicia sint TUA cepta.
In laudem cedant SVAVIS AMICE TUI.
Sospes si valeas futuro tempore, credas
Applaudet semper sic mea musa TIBI.

Hicse DN. CANDIDATO Meritissimo
amico æstumatissimo applau-
de, seque ulteriori illius amicitia
commendare voluit

G. A. WENDT.



Pl. 157. 80

?


ULB Halle


3

002 179 687



sb





18

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
MEDICI OFFICIO
CIRCA
ANIMAM
IN CAUSA SANITATIS,

Ob die Medicin in Curen mit der Seele etwas zu schaffen habe?

Quam
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratioſæ Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULT. MEDICÆ SENIORE

Domino Parrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu proſequendo,
PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
HORIS LOCOQUE CONSUVETIS

ANNO MDCCLXIV. D. NOV.
Publicæ ac placidæ Eruditorum ventilatori ſubjicere
RESPONDENS

JOHANNES FRANCISCUS WELTZ,
SCHWEIDNIZIO · SILESIUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

